



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Henrici Canisi[i] Noviomagi, Belgæ, Jn Academia
Ingolstadiensi SS. Canonum Profess. Ordinarii & Primarii,
Opera Quæ De Ivre Canonico Reliqvit**

Canisius, Heinrich

Coloniae Agrippinae, 1662

Regvla XXXIV. Generi per speciem derogatur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62169](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62169)

litam transferre possit, invito procuratore, præterquam causâ cognitâ, in *l. Post litem 17, cum aliquid* *ll. segg. D. De procurator.* hoc idem paulò pòtst trahit ad actorem, *l. Quæ omnia 25, D. eod.* Similia brevitatibus studio omittimus.

Quæ tamen ita accipiendæ sunt: nisi major ratio sit in actore, ut ab hac regula discedendum sit. Ut ecce, reo permissum non est, ut rem, quæ in judicio obscure petita est ab actore, ipse delingeret vel explicet, sed a iudice, *l. Inter stipulantes 83, §. 1, D. De verb. oblig.* Ratio, ne reus actionem propositam interpretando pro suo arbitrio, eludat iudicium, & actorem circumducatur, *§. 1, Hinc*

quoque, si reus plures Iudices ordinarios habeat, non est in electione ipsius, coram quo conveniatur, sed in arbitrio actoris, *l. fin. C. Vbi in rem actio, l. Quod legatur 38, D. De iudic.* Præterquam si reus studiosus sit, cui ex Friderici constitutione ex tribus Iudicibus, Magistro scilicet, Domino, & Episcopo, quos Ordinarios habet, electio permittitur, idque in favorem studiosum, *Auth. Habita C. Ne filius pro patre.* Quo tamen iure in hac Academia Ingolstadtensi non utimur, sed omnes Studiosi uam tantum agnoscunt Iudicem, Magnificum Dominum Rectorem Academicum.

REGULA XXXIII.

Mutare consilium quis non potest in aliterius detrimentum.

Pertinet ad Regulam, *Quod semel placuit, susp.* *ead. ubi latius uide.* A contratio uero sensu eleganter inferitur; Si nullum detrimentum sit, nulla captio alterius, mutationem consilii impunè fieri posse, *l. De atate 12, D. De interrog. in iu-*

re facien velus in deposito, §. in mandato societate, quæ pro arbitrio ejus, qui deposuit, mandavit, vel societatem coit, revocatur, re adhuc integra, sicut ibidem diximus,

REGULA XXXIV.

Generi per speciem derogatur.

Genus hoc loco, ut & passim apud J.C. non accipitur pro genere Logico siue Dialectico; sed pro eo, quod plura singularia nomine suo complectitur, siue sit species Logica, ueluti homo, equus, & similia; siue aliud æquè latè patens, ut sunt vestis, triticum, pecunia numerata, re scriptum, mandatum. Species uero dicitur, quod sub hoc genere tamquam individuum siue singulare continetur, *l. 2. l. 3, D. Si cert. pot. l. In uauve 1, D. Locati.* Itaque de his dicitur, generi per speciem derogari. Explicatius Pomponius: *In toto iure, inquit, generi per speciem derogatur; Et illud potissimum habetur, quod ad speciem directum est, l. In toto iure 80, D. hoc tit.* Exempla hujus Regulæ petenda sunt ex *cap. 1, in fine, ex cap. Pastoralis 14, §. 1. Ex De rescript. ex cap. 1, De offic. leg. ex cap. Unicum 14, De præben. lib. 6,*

quod fit, ut si uni penus legata sit, alteri uinum, quod ex peno legata uinum eximatur, *l. 2, D. De tritico uino.* Et cum alioqui uinum sub peno tamquam sub genere suo contineatur, *l. 2, D. De peno leg.* Item, si uni uerimenta, alteri ueris muliebribus separatim sint legata; quod detractis

muliebribus ab eo, cui specialiter ea legata sunt, reliquum alteri cedat, *l. 1, De auro arg. leg.*

Neque interest, species præcedat, an subsequatur genus, iam ad iurib. *Ex cap. Abbatem 40, Ext. De reser. l. uxorem 41, §. codicillus cum §. seq. D. De legat. 30 text. elegans in l. Sanctio D. De penus.* Licet enim alias specialia generalibus inesse dicatur, *l. Semper specialia 47, D. hoc tit.* id tamen non tam ex dispositione loquentis, quam vi uerborum fit, quæ generaliter prolata, generaliter accipi solent, *l. 1. §. generaliter D. De leg. præst. l. 14, C. De usufr.* At secius est, ubi expressè species à genere eximitur, quo casu generi quoad speciem derogatur, & res in speciem dirigitur, *iuxta hanc regulam nostram.*

Nec mouet textus in *l. Si generaliter 6, Cod. Qui potior in pign.* Nam ideo pignori generali per speciale non derogatur, quod jus pignoris generalis jam antè aduersum sit creditori priori. At certè iniquum esset, jus alteri quaesitum, illi auferri, per hanc Regulam nostram, quæ de iure nondum quaesitum alteri exaudienda est, *uti constat ex iurib. antea alleg.*

E b b b z

R E